



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

35. Ægre ferens &c. Super dubiis propositis in Causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

II.

DECRETUM.

Plura decidens Dubia quoad Missas, quæ in Altaribus privilegiatis celebrantur.

CUM in concessione Indulgentiarum Summus Pontifex soleat præfigere certum numerum Missarum celebrandarum qualibet die in Altari Privilegiato, pro parte nonnullorum Religioforum porrectus fuit Sanctissimo supplex libellus pro resolutione infrascriptorum dubiorum, quo ad hanc Sacram Congregationem remisso sub die 23. Aprili proxime præterit rescriptum fuit; Exhibatur formula Indulgentiarum, & ponatur in folio.

In executionem hujusmodi rescripti exhibetur formula Indulgentiarum, quæ est tenoris sequentis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam. Omnia saluti paterna charitate intenti sacra interdum loca Spirituali Indulgentiarum munieribus decoramus, ut inde Fidelium Animæ, Domini Nostri Jesu Christi, ejusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, & illis adjutæ ex Purgatorijs penitentiam salutem per Dei misericordiam perducant. Volentes igitur Ecclesiam Metropolitanam Mediolanen., in qua nullum aliud Altare Privilegium reperitur concessum, & in ea situm Altare S. Caroli hoc speciali dono illustrare, dummodo in dicta Ecclesia quinquaginta Missæ quotidie celebrentur, auctoritate Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotenti Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandcumque Sacerdos aliquis Secularis, vel cuiusvis Ordinis Regularis Missam Defunctorum pro Animâ cujuscumque Christifidelis, qua Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad præfatum Altare celebrabit, Anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragij Indulgentiam consequtatur; Ita ut ejusdem Domini Nostræ Jesu Christi, ac Beatisimæ Virginis Marie, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus à Purgatorijs penitentibus, concedimus, & indulgemus: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, & præsentibus ad septuennium tantum valutur. Datum &c.

Ad futuram &c. Omnia saluti &c. Volentes igitur Ecclesiam Conventus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantiâ Reformatorum nuncupatorum Civitatis Tusculanæ, in qua nullum aliud Altare Privilegium &c. illustrare, dummodo in dicta Ecclesia quatuordecim Missæ quotidie celebrentur, auctoritate &c. confisi, ut quandcumque Sacerdos aliquis Secularis, vel cuiusvis Ordinis Regularis Missam Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & singulis diebus infra illius octavam, ac secunda, & sexta ferias cuiuslibet hebdomadæ pro Anima cujuscumque Christifidelis &c. ut supra.

His igitur præhabitis EE. VV. non dedignabuntur sapientissimè de more respondere.

Primo: An absentibus Religiosis ex causa Prædicationis tempore Quadragesimæ, & Adventus, vel quando occasione Festivitatuum, vel Funerum, aut similium à Superioribus ad celebrandum alibi transmittantur Indulgentiae concessæ cum certo numero Missarum, qui ob dd. causas adimpleri non potest, prorsus cœlent, vel pro eo tempore quo numerus non fuerit adimpletus, sint suspensæ, vel potius remaneant in suo robo.

Secundò: An idem sit statuendum, deficiente præfixo numero Missarum ob infirmitatem

Sacerdotum, tam Regularium, quam Secularium.

Tertiò: An pariter idem sit statuendum deficiente dicto numero Missarum ob absentiam ab Ecclesiis Secularibus Canonicorum, & Sacerdotum per aliquot dies, & menes.

Die 30. Julij 1706. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum ad priuam quod primam partem pro tempore Adventus, & Quadragesimæ censuit remanere suspensas, non autem in reliquis, duammodo raro contingat Ad secundum censuit non remanere suspensas. Ad tertium satis provisum in primo.

B. Card. Panciatius Praef.

Vincentius Petra Secr.

DECRETUM

Super dubiis propositis in Causa

III.

Aquen. Jurium Parochialium.

Agere ferens Joannes Franciscus Stranius moderatorus Praepositus, & Parochus loci Incisæ quodam praetensos abusus fuisse invectos à PP. Carmelitis ejusdem Loci in præjudicium suorum jurium Parochialium, ad hanc Sac. Congregationem recursum habuit, à qua de more requisita informatione Episcopi, Vicarius Generalis illius juxta Relationem Parochi usquequa favorabilem in Summario exhibendam, transmisit; Quo circa infra scripta Dubia concordata, Partibus hinc indè scribentibus, resolvenda EE. VV. proponuntur, una cum alio Dubio, quod est ultimum, nuper concordatum occasione, quod cum PP. obedire detrectaverint Episcopi Edicto prolati ubi prætenditur, pendente lite in hac Sac. Congregatione, demandanti, ut in funeribus accederent ad Parochiale, ad levandam Crucem, eorum tres fuerunt à Confessionibus audiendi suspensi, super quibus informans Episcopus eadem confirmat, & conqueritur eodem tres Patres suspensi statim post declaracionem cum spretu, licet semel tantum, audivisse Confessiones. Quapropter ex utrinque deducendis humiliter postulant Partes ipsæ declarari.

I. An PP. Carmelitæ in Rogationibus possint ad Procesionem accedere sine Cappis Albis.

II. An in solo numero duorum Religiosorum Cruce præcedente?

III. An teneatur Praepositus, qui est etiam Parochus in publicis generalibus Procesionibus fieri consuetus, monitos facere dd. Patres, ut ad Procesionem accedant, & quomodo?

IV. An iidem PP. possint liberè quæstuarie in diebus Hebdomadæ sibi benevulis, absque restrictione alicuius diei?

V. An possint eamdem quæstuationem facere pro Confraternitatibus in eorum Ecclesiâ erectis?

VI. An possint in d. Ecclesia pto dd. Confraternitatibus exponere SS. Eucharistiae Sacramentum occasione Novenæ SS. Natalis, & quadragesimæ Horarum in diebus sibi benevulis finè licentia Ordinarij?

VII. An easdem expositiones facere possint pro eorumdem Regularium devotione?

VIII. An possint benedicere Sponsos cum licentia Parochi, vel sine?

IX. An iidem Patres audientes Confessiones Informorū, teneantur ante, vel post dictam Confessionem illam Parocco notificare?

X. An

1708.

1708.

X. An possint in propriâ Ecclesiâ Mulieres post partum benedicere , & ad Purificationem admittere ?

XI. An vocati possint se conferre ad benedictam Febrem cum Reliquiâ S. Alberti ?

XII. An vocati ad associandum Defunctorum Cadavera prius convenire debeat ad Ecclesiam Parochialeum cum eorum Cruce , & deinde se conferre ad Domum Defuncti , & quatenus negativerè.

XIII. An ad eundem effectum sub qua Cruce , & in quo loco dicti Patres expectare debeat Parochum , & alios exequis intervenientes ?

XIV. An possint dare signum , & celebrare Missam in diebus festivis eodem tempore , antequam detur signum , & celebretur Missa Parochialis ?

XI. An prepositus habeat Ius interveniendi in redditionibus rationum faciendi per Confraternitates Laicorum in Ecclesiâ dd. Patrum erectas ?

XVI. An eisdem Patribus Carmelitis liceat Processiones facere extrâ propria Claustra , seu districtum , & intra limites Parochie , invito Parochio ? Et quatenus negativerè.

XVII. An eisdem Patribus liceat extra propria Claustra , seu districtum per loca confuta facere Procescionem Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo occasione sue Festivitatis , petitâ tam licentia à Parochio , licet non obtenta ?

XVIII. An Patres suspenſi sint reintegrandi ad audiendas Confessiones Sacramentales in causa &c.

Diebus 19. Maii , & 9. Junii 1708. Sac. Congregatio Eminentissimorum Sanctarum Romanarum Ecclesiarum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

R E S P O N D I T

Ad primum : Negativè.

Ad secundum : Negativè.

Ad tertium : Affirmativè , sive per Nuncium , sive per Schedulam.

Ad quartum : Affirmativè.

Ad quintum : Negativè.

Ad sextum : Negativè.

Ad septimum : Negativè.

Ad octavum : Posse , cum licentia tamen Parochi , & amplius non proponi mandavit.

Ad nonum : Affirmativè ad formam Constitutionis Clementis X.

Ad decimum : Affirmativè.

Ad undecimum : Affirmativè.

Ad duodecimum , &

Ad decimum-tertium : In casu , de quo agitur , posse convenire etiam in Ecclesia viciniori Domui Defuncti , & in Tumulatione Cadaveris sub unica Cruce Ecclesiae tumulantis.

Ad decimum-quartum : Affirmativè.

Ad decimum-quintum : Negativè.

Ad decimum-sextum : Negativè.

Ad decimum-septimum : Affirmativè.

Ad decimum-octavum : Affirmativè.

B. Card. Panciaticus Praefectus.

V. Petri Secretarius.

D E C R E T U M .

VI. Super dubio , an Minoribus Observantibus Sancti Francisci liceat in eorum Ecclesiis retinere Capsulas pro eleemosynis Missarum.

Quemadmodum probos decet Religiosos , cuperentes hujus Ordinis Patres non minuse eo-

rum Regulæ puritatem custodire , præcipue circa paupertatis Votum tantoperè à Sancto Fundatore injunctum , quam Apostolicis iussis obtemperare , humillimè experierunt hujus S. C. oraculum super declaratione emergentis casus qui est hujusmodi. Urget ex una parte novissima Constitutio san. mem. Innocentii XII. super Celebratione Missarum , quæ incipit *Nuper cum decreto irribanti , & clausula sublata* , nec non cum derogatione expressâ omnium Constitutionum Apostolicarum , & Statutorum Ordinum ; tam Mendicantium , quam non Mendicantium , atque Conscriptudinum immemorabilium , quæ inter alia provida Decreta , demandat , retentionem Capsularum pro Missis celebrandis per hæc verba ; *Debeat ulterius Regulares prædicti , omnes , & quaecunque elemosynas , tum manualia , tum perpetuaria , & temporalia Missarum reponere in Capsa particulari sub duabus Clavis , quarum una penes Superiorum Localem , altera vero penes alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur , ac de eisdem elemosynis , & celebratione Missarum coram Patribus Discretis , seu Consiliariis , vel alio simil modo nuncupatis , singulis mensibus districtam rationem exigere , & respective reddere.*

Obstat ex alia parte videntur hujusmodi Capsæ retentioni bina Decreta , alterum editum in Generali Congregatione Cismontane Familiae habitâ in Conventu Araceli Anno 1615. *relatum in Tom. 3. Orb. Seraph. pag. 613.* Alterum vero per eadem verba conceptum itidem in Generali Congregatione in eodem Conventu celebratâ Anno 1628. coram cl. mem. Card. Gypsi à san. mem. Urbano VIII. specialiter delegato , recensitum quoque in Tom. 4. ejusdem Orb. Seraph. pag. 11. quod , & pariter eorumdem verborum texturâ relatum reperitur post Constitutionem *In iunctâ nobis prælaudati Pontificis 49 in ordine Bell. Tom. 4. sub dat. 14. Junii 1628. , & publicatum die 15. ejusdem mensis , & anni , ibi : Capsæ , vel Trunci ad recipiendas elemosynas pecuniarias , etiam pro Missis oblatas , non solum ab Ecclesiâ , sed etiam à Sacrificia , & à quacunque parte , quæ sit intra Claustram Conventus , omnino prohibentur sub poena inobedientiæ , & excommunicationis majoris ; oblatas autem elemosynæ pro Missis nullo modo intrâ Claustram Conventus , aut intrâ Ecclesiâ , vel Sacrificiis ab aliquo recipi permittantur , sed ad Syndicum Apostolicum offerent remittatur ; Quod si id grave illi fuerit , & voluerit Tertiario , vel Servitori Conventus tamquam Syndici substituto illam tradere , ut ad Syndicum ipsum ejus nomine deferatur , id fieri poterit , et tamen lege , ut intrâ Claustram Conventus , aut Ecclesiâ , nec Tertiarius , nec Servus illam recipiat , & Guardianus , qui contrarium permiserit , privetur Officio suo. Et ibidem infra. Præterea nullo modo habent in eorum Ecclesiis , vel Sacrificiis , aut alibi Cippis , aut Truncis ordinatis ad offendentium , seu donantium pecunias , nec Capsulas pro elemosynis Missarum.*

Infuper obstat videntur typis tradiâ Constitutiones editæ in Capitulo Generali celebrato in eodem Conventu Aracelitano die 29. Maii 1700. Pro Cismontana familia , &c. ad propositionem num. 1. pag. 30. ubi hæc habentur : Ad propositionem factam in Discretorio Observantium an supplicari deberet SS. ut dispensare dignetur cum Observantibus in p[ro]cepto de retinendo Capsulas in Sacrificia pro recipiendas elemosynis pro Missis , prout insinuari videtur in Decretis , de Celebratione Missarum. Definitiorum Generale attenta dispositione Regulæ nostra cap. 4. , ac Apostolicarum declarationum illius , aliorumque Pontificum Constitutionum præsertim Nicolai III. Exiit , Clem. V. Exiit , Pauli III. Exponi Nobis , die 30. Maii 1536. , Innocentii XI. Sollicitudo Pastoralis , Innocentii XII. Alias à felici ,

nec